ſiue ſic aliqua ſuſpitio vel non, vt patet in decreto Concilij : nam poſtquam dixerat hu iuſmodi denunciationes per Parochum faci endas ante cõſummationem Matrimonij, ad ditur : Niſi Ordinarius ipſe expedire iudica uerit, vt prædictæ denunciationes remittan tur, quod illius prudentiæ & iudicio Sãcta Synodus relinquit : nam exceptio vtrũq; ca ſum comprehendit. Et Doctor Ioannes Gu tierres lib.1. Canonicarum. qq. ca.19. nu.6. dicit. Requiri aliquam cauſam rationabilem arbitrio Ordinarij, ad hoc vt ipſe has denũ tiationes remittere poſsit, ſiue ante coniunc tionem, ſiue ante cõſummationem Matrimo nij, nec ſolum illa, quę à Concilio exprimi tur, nempê prnbabilis ſuſpitio, quod ſi tot denũciationes præceſsiſſent, Matrimonium malitioſe impediretur, neceſſaria eſt, & requi rit ad hoc, vt Ordinarius eas remittere poſ-ſit, ſed ſufficere, vt alia quæuis cauſa proba bilis arbitrio Ordinarij intercedat, vt proba tur in ipſo Concilio in verbis ſupra relatis : nam & ſi prius indict. verſic. quod ſi proba bilis, eam ſolum cauſam expreſſerit proſuffi cienti, nempê probabilis ſuſpicionis, quod ſi tot denunciationes præcederent, Matrimo

nium